



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones de Sa[n]ctis Hyemales, Estiuales, De
festiuitatibus Jesu christi, Beate virginis et alior[um]
Sanctor[um] ... Venera[n]di patris, fratris Nicolai deniise
Ordinis Minor[um] de obseruantia ...**

Denisse, Nicolas

[Augsburg], 1510

VD16 N 1513

Primo p[ro]pter martyrij laureatione[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30625

xi. Egredere de terra tua et de cognatione tua et de domo patris tui etc. Sequitur Et benedicam tibi et magnificabo nomen tuum. et benedictus. In praecepto terrenorum abdicatio diuina meretur benedictionem. Secundo abnegauit delictorum voluptate. Cum enim patres sui uellent sibi uxorem tradere: oino respuit: soli deo cupiens adherere. Ber. In statum spiritus necesse est carnem desipere: affectum celestia terrena non sapiunt. Rho. viij. Qui finem carni quam carnis sunt sapiunt: qui autem spiritum ritum quam spiritus sunt sapiunt. Tertio abnegauit honorem uanitatem: profunde humilitati studens: considerans quoniam sicut beatus Iacobus. Superbis deus resistit: humilibus autem dat gratiam.

Secunda est perfectio macerationis subiectiue. Ut enim carnem spiritus subiectam redderet: eam multipliciter macerauit.

Primo ei statim ut apud cesarienburgum peruenit: nempe intravit ubi uita eremitica cum alijs uobis aliquot tempore duxit in austerrita te uiuens. Debito pulchritudine locum illud reliquit propter maledictam mulierem quondam: nobilem quidem genere formamque decoram: et palubusque diuitijs locupletem. Carnali amore uirum dei clari ac ceniam et tunc ut ei presertim et multipliciter instanter: multas neultricie et gallie pres cum magna penuria plustrauit: et tandem usque epra spiritum ducere peruenit: ubi cenobium quoddam auxilio dei et cuiusdam famuli sui instruxit. Ibique multas necessitates pro christi amore panes solis herbarum radicibus plerumque uiuebat quasi imitator uita beati baptiste iohannis et helie prophete: de cuius austeritate beatus Iacobus. Reg. viij. Gal. v. Qui christi sunt carnem suam cruciferunt cum uicibus et cupiditatibus. Poterat quibus clarum dicere cum paulo. i. Cor. ix. Laqueo corporis meum et in seruitute redigo.

Tertia est perfectio deuotionis affectiue. Ut enim liberi deuotioni vacaret: solitaria loca querebat Threzen. iij. Se debet solitari et tacebit et leuabit se super se.

Nihil enim aliud oino querebat quam tota mentis deuotione adherere deo: quasi cum psalms diceret. Ubi Aug. Quid uultis amplius fratres: hoc oem bonum est quod adheret deo uero spiritus est quia diuinam participat bonitatem quod ei adheret pro uoluntatis uniformitate. Idem ibidem.

Cum tibi adhaerero eruo me: nunquam mihi labor: nunquam dolor: sed uita mea tota uiuet in te: tota plena te. Hec ille. Præter itaque uirtuosam perfectionem beati clari per quam domino sancti atque laudabiliter ministravit ut tandem principeretur ad promissum saluatoris d. Si quom mihi ministrauerit etc.

Tertia est consideratio summationis gloriose. i. Reg. ij. dixit dominus: Quicumque honorificauerit me glorificabo eum: qui autem me contempserit erunt ignobiles. Gloriosa autem fuit beati clari consummatio propter tria.

Primo propter martyrii laureationem.

Secundo propter populi uenerationem.

Tertio propter miraculorum conuocationem.

Primo propter martyrii laureationem. Martyrio enim coronatus est per uirtuosi puritate sua seruanda. Sciebat enim eam esse thesaurum esse preciosissimum. Ecclesiasti. xxvi. Non est digna ponderatio anime continentis. Cum enim fugisset beatus clarus ut supra diximus: mulier super memorata carnali cupiditate excecata seruos misit ut ubique clarum inueniret: morti eum traderent. Unde quod maledicta rabies: quod furor ignis carnalis amoris: quod excecatus illius est. Bene ergo Gregorius. xxxi. mortalium: cecitate mentis prima luxurie filiarum ponit. Serui itaque predicti clarum inuenientes fodiente et corpus suum fatigante iuxta suum cenobium iustum detestabile sue domine perfecerunt. Et sic domino martyr consecratus est: et martyrii aureolam cum uirginitatis corona suscepit. Plus enim timebat uirginitatem perdere quam temporalem uitam. illud dictum saluatoris intelligens Iohannis. xij. Qui amat animam suam: id est uitam animale: perdet eam: Et qui odit animam suam. i. animale uitam in hoc mundo: in uitam eternam custodit eam.

Secundo gloriose apparuit consummatio sua propter populi uenerationem. Apud populum namque honorifice sepultum est corpus eius et deuote celebrari solet eius festiuitas: et a plerisque cum magna deuotione et ueneratione frequentari sue sepulture locus. Sap. ij. Bonorum laborum gloriosus est fructus.

